

<p>1 Cicero, Pro Sexto Roscio Amerino</p> <p>Credo ego</p> <p>vos, iudices, <u>mirari</u>,</p> <p><u>quid sit</u>,</p> <p>quod,</p> <p>cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant,</p> <p>ego <u>potissimum surrexerim</u>,</p> <p>is,</p> <p>qui</p> <p>neque aetate</p> <p>neque ingenio</p> <p>neque auctoritate cum his,</p> <p>qui <u>sedeant</u>,</p> <p><u>comparandus</u> sim.</p> <p>Omnes hi,</p> <p><u>quos videtis</u> adesse in hac <u>causa</u>,</p> <p>iniuriam novo scelere <u>conflatam</u> oportere <u>defendi</u> putant,</p> <p>sed ipsi propter <u>iniquitatem</u> temporum defendere non audent.</p>	<p>mirari, miror,-ratus sum: sich wundern</p> <p>quid sit = wie es kommt</p> <p>potissimum: gerade, ausgerechnet</p> <p>surgere, surgo, surrexi, surrectum: aufstehen</p> <p>sedere,-deo, sessi, sessum: <i>hier</i>: zu Gericht sitzen</p> <p>comparandus: <i>Gerundivum</i></p> <p>quos videtis: die, wie ihr seht,</p> <p>causa, ae-f: <i>hier</i>: Prozess</p> <p>conflare: <i>hier</i>: aushecken</p> <p>defendi oportere: verteidigt werden muss</p> <p>iniquitas, atis,f.: Ungunst</p>
---	--

<p>[2] Quid ergo? Audacissimus ego ex omnibus? Minime.</p> <p>[5] ego huic <u>causae patronus exstiti</u>, non <u>electus</u> unus, <u>qui</u> maximo <u>ingenio</u> (essem), sed relictus ex omnibus, <u>qui</u> minimo periculo dicere possem, <u>neque</u> ut satis firmo <u>praesidio</u> Sex. Roscius defensus (esset), verum ut ne <u>omnino</u> desertus esset.</p>	<p>causa, ae-f: s.Kap.1: Prozess patronus, i-m: Anwalt, Verteidiger exsistere, -sisto,-stiti: <i>hier</i>: auftreten als eligere, eligo, elegi, electum: auswählen</p> <p>qui: <i>hier</i>: <u>weil</u> ich</p> <p>neque: <i>hier</i>: zwar nicht praesidium, i-n: Schutz, Unterstützung omnino: völlig</p>
--	---

<p>[6]</p> <p>Quae res ea est? Bona patris huiusce Sex. Rosci, quae sunt sexagiens, quae de viro fortissimo et clarissimo L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus milibus nummum sese dicit emisse adulescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis, L. Cornelius Chrysogonus.</p> <p>Is a vobis, iudices, hoc postulat, ut, quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure invaserit, quoniamque ei pecuniae vita Sex. Rosci obstare atque officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionem omnem metumque tollatis; sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere.</p>	<p>Worum geht es? Es geht um den Besitz des Vaters dieses Sextus Roscius im Wert von sechs Millionen Sesterzen. Diesen Besitz von dem heldenhaften und überaus berühmten L. Sulla, den ich nur nenne, um ihn zu ehren, für 2000 Sesterzen gekauft zu haben, behauptet der junge Mann, der zur Zeit in unserem Staat wohl der mächtigste ist, L. Cornelius Chrysogonus. Dieser fordert von euch, ihr Richter, da er ja ohne jegliches Recht ein so großes und umfangreiches fremdes Vermögen an sich gebracht hat, und da diesem Vermögen das Leben des Sextus Roscius im Wege zu stehen und hinderlich zu sein scheint, dass ihr sein Herz von diesem Verdacht befreit und ihm jegliche Furcht nehmt. Denn er glaubt nicht, dass er, solange dieser noch am Leben ist, den so großen und stattlichen Besitz dieses unschuldigen Mannes behalten kann.</p>	<p>damnare: verurteilen eiocere, eicio, eieci, eiectum: verbannen</p> <p>effundere, effundo, effudi, effusum: verschleudern</p> <p>adipisci, adipiscor, adeptus sum: erreichen</p> <p>adiutor, oris-m: <i>übersetze:</i> als Helfer profiteri, profiteor, -fessus sum: bekennen</p>
<p>Sexto Roscio <u>damnato</u> et <u>eiecto</u> Chrysogonus sperat se posse</p> <p>id per luxuriam <u>effundere</u> atque consumere,</p> <p>quod per scelus <u>adeptus est</u>.</p> <p>Itaque postulat,</p> <p>ut vos ad hanc suam praedam tam nefariam <u>adiutores profiteamini</u>.</p>		

Textcorpus schriftliche Überprüfung 2022

<p>[13] Accusant ii, qui in <u>fortunas</u> huius invaserunt, <u>causam dicit</u> is, cui praeter <u>calamitatem</u> nihil reliquerunt; accusant ii, <u>quibus occidi</u> patrem Sex. Rosci <u>bono fuit</u>, causam dicit is, cui non modo <u>luctum</u> mors patris attulit, verum etiam <u>egestatem</u>; accusant ii, qui hunc ipsum <u>iugulare</u> summe cupiverunt, causam dicit is, qui etiam ad hoc ipsum iudicium <u>cum praesidio</u> venit, ne hic ibidem ante oculos vestros <u>trucidetur</u>; denique accusant ii, <u>quos populus poscit</u>, causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat.</p>	<p>fortunae, arum-f: Besitz</p> <p>causam dicere: <i>hier und im Folgenden</i>: sich verteidigen calamitas, atis-f: Unglück</p> <p>bono alicui esse: jemandem nützen + <i>Acl</i> occurri = <i>Infinitiv Präsens Passiv</i></p> <p>luctus, us-m: Trauer egestas, atis-f: Armut</p> <p>iugulare: erwürgen summe: Adv., in höchstem Maße</p> <p>cum praesidio: mit Schutz trucidare: ermorden</p> <p>quos populus poscit: deren Bestrafung das Volk fordert</p>
---	---

<p>[21] Haec omnia, iudices, <u>imprudente L. Sulla</u> facta esse certo scio.</p> <p>[127] Ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut <u>ementiretur</u>, ut malum civem Sex. Roscium fuisse <u>fingeret</u>, ut eum <u>apud adversarios</u> occisum esse diceret, ut L. Sullam his de rebus a <u>legatis Amerinorum</u> doceri <u>passus non sit</u>.</p> <p>[130] Ego haec a Chrysogono <u>mea sponte remoto</u> Sex. Roscio quaero, primum <u>qua re</u> civis optimi bona <u>venierint</u>, deinde <u>qua re</u> bona hominis eius <u>venierint</u>, qui neque <u>proscriptus</u> (est) neque <u>apud adversarios</u> occisus est, deinde, <u>qua re</u> bona paulo post <u>venierint</u>, quam in <u>lege praefinita</u> est, deinde, cur <u>tantulo venierint</u>:</p>	<p>imprudente L. Sulla: <i>nominaler Abl.abs.</i></p> <p>ementiri, ementior, ementitus sum: lügen, falsche Aussagen machen ingere, fingo, finxi, fictum: vorgeben apud adversarios: auf Seiten der Gegner patri, patior, passus sum: dulden, zulassen legati Amerinorum: Gesandte aus Ameria</p> <p>mea sponte: aus meinem eigenen Antrieb remove, removeo, -removi, remotum: <i>hier:</i> nicht mit einbeziehen; qua re = cur venire, veneo, venii: verkauft werden</p> <p>proscribere, -scribo, -scripsi, -scriptum: ächten, auf die Proskriptionsliste setzen apud adversarios: s. o.</p> <p>lex: <i>gemeint ist hier ein Gesetz, dass es erlaubte, Güter von den von Sulla geächteten bzw. getöteten Männern zu konfiszieren/wegzunehmen.</i> praefinire, -io, -ivi, -itum: festsetzen tantulo: für so wenig</p>
--	---

<p>Cicero, in C. Verrem</p> <p>[I, 12]</p> <p>Verres iam vero omnium vitiorum suorum plurima et maxima <u>monumenta et indicia</u> in provincia Sicilia <u>constituit</u>.</p> <p>Quam provinciam iste per triennium ita vexavit ac perdidit, ut <u>ea restitui</u> in antiquum statum nullo modo possit.</p> <p><u>Vix autem per multos annos, innocentesque praetores, aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur.</u></p> <p>[I, 13]</p> <p>Hoc praetore <u>Siculi</u> neque suas leges, neque nostra senatus <u>consulta</u>, neque communia iura tenuerunt. <u>Tantum</u> quisque habet in Sicilia, <u>quantum</u> hominis avarissimi et libidinosissimi aut <u>imprudentiam subterfugit</u> aut <u>satietati superfuit</u>.</p> <p>Nulla res per triennium nisi <u>ad nutum</u> istius iudicata est:</p> <p>Nulla res cuiusquam tam <u>patria atque avita</u> fuit, quae non ab eo -imperio istius- <u>abiudicaretur</u>.</p>	<p>monumenta et indicia constituere, (constituo, constitui) – Denkmäler und Wahrzeichen errichten</p> <p>ea: beziehe auf provincia; restitui: Inf. Präs. Passiv</p> <p>Es sieht so aus, als könne sich die Provinz in vielen Jahren auch unter der Leitung anständiger Praetoren kaum einigermaßen erholen.</p> <p>Siculi, orum-m: Einwohner Siziliens consultum, i -n: Beschluss tenere, teneo, tenui: hier: durchsetzen tantum..quantum: nur soviel...wie (viel) (<i>quantum ist im Nebensatz das Subjekt</i>) imprudentia, ae-f: Unkenntnis, Unachtsamkeit; subterfugere, fugio,-fugi: entgehen; satietati superesse: aus Übersättigung zuviel sein ad nutum: auf Veranlassung</p> <p>patrius atque avitus: vom Vater oder Großvater ererbt abiudicare, abiudico: aberkennen, durch ein Gerichtsurteil wegnehmen</p>
<p>Innumerabiles pecuniae ex aratorum bonis novo nefarioque instituto coactae; socii fidelissimi in hostium numero existimati; cives Romani servilem in modum cruciati et necati; homines nocentissimi propter pecunias iudicio liberati; honestissimi</p>	<p>Unzählige Geldsummen wurden von den Gütern der Pächter durch eine neue, schändliche Einrichtung eingetrieben; Die treuesten Bundesgenossen wurden zu den Feinden gezählt; Römische Bürger wurden wie Sklaven gefoltert und getötet; auch ganz und gar Schuldige wegen ihres Geldes vor einem</p>

Textcorpus schriftliche Überprüfung 2022

<p>2</p>	<p>atque integerrimi absentes rei facti, indicta causa damnati et eiecti.</p> <p>Portus munitissimi, maximae tutissimaeque urbes piratis praedonibusque patefactae; nautae militesque Siculorum, socii nostri atque amici, fame necati; classes optimae atque opportunissimae cum magna ignominia populi Romani amissae et perditae.</p>	<p>Gerichtsverfahren bewahrt; die anständigsten und unbescholtensten Männer in Abwesenheit angeklagt und ohne Verhör verurteilt und verbannt. Die sichersten Häfen und Städte wurden Piraten und Räubern geöffnet, Seeleute und Soldaten der Sikuler (der Ureinwohner Siziliens), unsere Bundesgenossen und Freunde, wurden durch Hunger zugrunde gerichtet; Die besten und ideal gelegenen Flotten wurden zur großen Schande des römischen Volkes aufgegeben und ruiniert.</p>	
<p>[I, 14] Idem iste praetor <u>monumenta</u> antiquissima <u>partim</u> regum <u>locupletissimorum</u>, <u>quae illi ornamento urbibus esse voluerunt</u>, <u>partim</u> etiam nostrorum imperatorum, quae victores civitatibus Siculis aut dederunt aut reddiderunt, spoliavit, <u>nudavitque</u> omnia. Neque hoc solum in status ornamentisque publicis fecit, sed etiam <u>delubra</u> omnia, sanctissimis <u>religionibus consecrata</u>, <u>depeculatus est</u>. <u>Deum</u> denique nullum Siculis, <u>qui ei paulo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur</u>, reliquit.</p>		<p>monumentum, i-n: Denkmal; partim...partim -teils...teils; locuples, etis: reich, wohlhabend die jene als Schmuck für ihre Städte gedacht hatten</p> <p>nudare, nudo: plündern</p> <p>delubrum, i-n: Tempel religionibus consecratus: den Göttern durch Kulthandlungen geweiht depeculari, depeculor: plündern, ausrauben deus: hier: Götterstatue</p> <p>die ihm ein wenig kunstvoller und nach alter Kunst gearbeitet erschien,</p>	
<p>In stupris vero et flagitiis nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor. Simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est.</p>		<p>Seine schändlichen sexuellen Ausschweifungen auch nur zu erwähnen hindert mich mein Schamgefühl. Zugleich will ich das Unglück jener, denen es nicht möglich war, ihre Kinder und Frauen unberührt vor seiner Zudringlichkeit zu bewahren, durch meine Erwähnung nicht vergrößern.</p>	

Textcorpus schriftliche Überprüfung 2022

<p>[II, 4 -109]</p> <p>Hoc dico, hanc ipsam <u>Cererem</u> antiquissimam, religiosissimam, <u>principem</u> omnium sacrorum, quae apud omnes gentes nationesque fiunt, a C. Verre ex suis templis ac <u>sedibus</u> esse <u>sublatam</u>.</p> <p>Vos, qui <u>accessistis Hennem</u>, vidistis simulacrum <u>Ceremis</u> e marmore et in altero templo <u>Liberae</u>. Sunt ea perampla atque praeclara, sed non ita antiqua. Tertium fuit simulacrum ex <u>aere modica amplitudine</u> ac singulari opere cum <u>facibus</u> perantiquum, omnium illorum, quae sunt in eo <u>fano</u>, multo antiquissimum; id <u>sustulit</u>. Ac tamen <u>eo</u> contentus non fuit.</p> <p>[110]</p>		<p>Ceres (von Henna): Statue der Göttin Ceres (Ackerbau und Fruchtbarkeit); princeps: hier fem. sedes, ium-f: <i>hier</i>: Heimat tollere, tollo, sustuli, sublatum: wegnehmen</p> <p>accedere, accedo, accessi: sich nähern, gelangen; Henna,ae -f: Stadt auf Sizilien; Libera, ae -f: Proserpina</p> <p>aes, aeris -n: Kupfer, Bronze; modica amplitudine: von bescheidener Größe fax, facis-f: Fackel</p> <p>fanum, i -n: Heiligtum</p> <p>eo: damit</p>
<p>Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris unum, alterum Triptolemi, pulcherrima ac perampla. Pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.</p> <p>Insistebat in manu Cereris dextra grande simulacrum pulcherrime factum Victoriae; hoc iste e signo Cereris avellendum asportandumque curavit.</p> <p>Qui tandem istius animus est nunc in recordatione scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commovear, verum etiam corpore <u>perhorrescam</u>?</p>	<p>Vor dem Tempel der Ceres standen auf einem offenen und freien Platz zwei Standbilder, das eine von Ceres, das andere von Triptolemus, außerordentlich schön und groß. Ihre Schönheit brachte ihnen Gefahr, ihre Größe aber Rettung, weil ihr Abbau und Abtransport äußerst schwierig erschien.</p> <p>Auf der rechten Hand der Ceres befand sich eine große, wunderschön gearbeitete Statue - diese ließ dieser da aus dem Standbild der Ceres herausreißen und wegschaffen. In welcher Stimmung ist nun dieser da bei der Erinnerung an alle seine Verbrechen, wenn ich selbst bei ihrer Erwähnung nicht nur im Herzen berührt werde, sondern sogar am ganzen Körper schaudere?</p>	

Textcorpus schriftliche Überprüfung 2022

<p>Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem; versantur ante oculos omnia, dies ille, quo, cum ego Hennam venissem, praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt, contio conventusque civium, in quo, ego cum loquerer, tanti gemitus fletusque fiebant, ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur.</p>	<p>Es kommen mir nämlich das Heiligtum, der Ort und der Kult in den Sinn, vor Augen stehen mir alle Dinge: Jener Tag, an dem ich nach Henna gekommen war und mir die Priester der Ceres mit ihren Wollbinden und den Zweigen von Lorbeer und Oliven erschienen, die Versammlung und Zusammenkunft der Bürger, bei der, während ich sprach, so großes Seufzen und Weinen aufkam, dass in der ganzen Stadt bitterste Trauer zu herrschen schien.</p>
<p>[111]</p>	
<p>Non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non importunas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus vexati oppressique erant, conquerebantur; Cereris numen, sacrorum vetustatem, fani religionem istius sceleratissimi atque audacissimi supplicio expiari volebant; omnia se cetera pati ac negligere dicebant.</p> <p>Hic dolor erat tantus, ut Verres alter Orcus venisse Hennam et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur.</p> <p>Etenim urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse; habitare apud sese Cererem Hennenses arbitrantur, ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur.</p>	<p>Jene beklagten nicht die willkürlichen Steuern, nicht die Plünderungen ihres Hab und Guts, nicht die ungerechten Urteile, nicht die unverschämten Gelüste von diesem da, nicht seine Gewalt und Beleidigungen, durch die sie gequält und unterdrückt worden waren, sie wollten vielmehr, dass die göttliche Macht der Ceres, das ehrwürdige Alter ihrer Heiligtümer, und die Heiligkeit des Tempels durch die Bestrafung dieses verbrecherischen Schurken gesühnt werde. Alles übrige könnten sie aushalten und ungestraft lassen.</p> <p>Ihr Schmerz war so groß, dass Verres wie ein zweiter Hades erschien, der nach Henna gekommen war und Proserpina entführt hatte, nur dass er selbst Ceres gewaltsam entführt hatte.</p> <p>Jene Stadt schien nämlich weniger eine Stadt als vielmehr ein Tempel der Ceres zu sein. Die Einwohner von Henna glaubten, dass Ceres bei ihnen wohne, so dass sie mir nicht als Einwohner jener Stadt, sondern alle als Priester,</p>

	als Nachbarn und Tempelvorsteher der Ceres erschienen.	
[112]		Henna: <i>hier:</i> aus Henna
Henna tu simulacrum Cereris tollere audebas, <u>Henna</u> tu de manu Cereris Victoriam eripere et deam deae detrahare conatus es?		Nichts davon wagten diejenigen zu entweihen und zu berühren, bei denen sich alles fand, was eher nach Verbrechen als nach Gottesfurcht aussieht.
<u>Quorum nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant omnia, quae sceleri propiora sunt quam religioni.</u>		P.Popilio P.Rupilio: unter dem Konsulat von P.Popilius und P. Rupilius im Jahr 132 v. Chr. (dem Jahr eines großen Sklavenaufstandes auf Sizilien) sed neque erant illi: doch waren jene weder.... libido, inis -f: Begierde, Gelüste
Tenuerunt enim <u>P. Popilio P. Rupilio consulibus</u> illum locum servi, fugitivi, barbari, hostes; <u>sed neque erant illi</u> tam servi dominorum quam tu (servus es) <u>libidinum,</u> neque (erant illi) tam fugitivi ab dominis quam tu ab iure et ab legibus, neque (erant illi) tam barbari lingua et natione quam tu natura et moribus, neque (erant) tam illi hostes hominibus quam tu dis immortalibus.		deprecatio, ionis -f: Entschuldigung indignitate, temeritate etc.: <i>Ablativus limitationis: in welcher Hinsicht übertreffen?</i> indignitas, atis-f: Würdelosigkeit temeritas, atis-f: Leichtsin
Quae <u>deprecatio</u> est igitur ei reliqua, qui <u>indignitate</u> servos, <u>temeritate</u> fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit?		

<p>Cicero, de imperio Gnaei Pompei</p> <p>[2,6]</p> <p><u>Causa, quae sit, videtis:</u></p> <p>Nunc <u>considerate</u>, quid agendum sit.</p> <p>Primum mihi de genere belli, deinde de magnitudine (belli), tum de imperatore <u>deligendo</u> dicendum est.</p> <p><u>Genus est belli eius modi,</u></p> <p style="padding-left: 40px;"><u>quod maxime</u> vestros <u>animos</u> excitare atque inflammare <u>ad persequendi studium</u> debeat:</p> <p>In eo bello</p> <p style="padding-left: 40px;"><u>agitur</u> populi Romani <u>gloria</u>,</p> <p style="padding-left: 80px;">quae vobis a <u>maioribus</u> <u>cum</u> magna in omnibus rebus <u>tum</u> summa <u>in re militari</u> tradita est;</p> <p style="padding-left: 40px;"><u>agitur</u> <u>salus</u> sociorum atque amicorum,</p> <p style="padding-left: 80px;"><u>pro qua</u> multa <u>maiores</u> vestri magna et gravia bella gesserunt;</p> <p style="padding-left: 40px;"><u>aguntur</u> certissima populi Romani <u>vectigalia</u> et maxima,</p> <p style="padding-left: 80px;"><u>quibus amissis</u> et pacis ornamenta et <u>subsidia</u> belli <u>requiretis</u>;</p>	<p>Ihr seht, worum es geht:</p> <p>considerare: überlegen</p> <p>deligere, deligo: auswählen</p> <p>Genus est belli eius modi, quod...-Die Art des Krieges ist derart, dass er maxime: ganz besonders; animus, i -m: <i>übersetze hier im Sg.:</i> Wille ad persequendi studium :(ihn) energisch zu Ende zu führen</p> <p>agitur /aguntur +Nom.: -es geht um</p> <p>maiores, um - m: die Vorfahren cum..tum: <i>kann hier weggelassen werden</i></p> <p>salus, utis -f: Wohl pro qua: beziehe auf <u>salus</u> maiores, um -m: Vorfahren</p> <p>vectigalia, ium -n.Pl.: Steuern, Einkünfte quibus amissis: nach deren Verlust subsidium, i -n (+Gen.): <i>hier:</i> Hilfsmittel für (etwas) requirere, requiro: suchen</p>
--	---

<p>3</p>	<p><u>aguntur</u> bona multorum civium, <u>quibus</u> a vobis et ipsorum et rei publicae <u>causa consulendum est.</u></p> <p>2,7</p> <p>Et quoniam semper <u>appetentes gloriae praeter</u> ceteras gentes atque <u>avidi</u> laudis fuistis, delenda est vobis illa <u>macula Mithridatico bello superiore concepta,</u> quae <u>penitus</u> iam <u>insedit</u> ac nimis <u>inveteravit</u> in populi Romani nomine.</p> <p>Is enim, qui uno die, tota in Asia, <u>tot in civitatibus</u>, uno <u>nuntio</u> atque una <u>significatione</u> cives Romanos necandos <u>trucidandosque denotavit</u>, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere <u>suscepit</u>, sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat et ita regnat, ut se non <u>Ponti</u> neque <u>Cappadociae latebris</u> occultare velit, sed <u>emergere</u> ex patrio regno atque in vestris <u>vectigalibus</u> versari velit, <u>hoc est</u>, in Asiae luce.</p>	<p>consulere, consulo (+Dativ): sich kümmern um (etwas); causa + Gen.: wegen</p> <p>appetere, appeto: +Dativ: (etwas) erstreben praeter +Akk.: <i>hier</i>: mehr als avidus, a, um: (+Gen.) -begierig (auf etwas) macula, ae f: Fleck, Schandfleck, Schmach Mithridatico bello superiore: im ersten mithridatischen Krieg concepta: <i>hier</i>: erlitten penitus insideo, insedi: tief sitzen inveterare: Wurzeln schlagen, eingewurzelt sein</p> <p>tot in civitatibus: in so vielen Städten nuntium, i -n: Wink, Befehl significatio, onis -f: Zeichen trucidare: abschlachten denotare: bezeichnen, bestimmen suscipere, suscipio, suscepti: <i>hier</i>: bekommen</p> <p>latebrae Ponti et Cappadociae: die Schlupfwinkel von Pontus und Cappadocien emergere, emergo: auftauchen vectigalia, ium -n.Pl.: <i>hier</i>: in dem Gebiet, aus dem ihr eure Steuern bezieht hoc est: das bedeutet, das heißt</p>
----------	---	---

[10,27]

... Restat, ut **de imperatore** ad id bellum deligendo ac tantis rebus praeficiendo dicendum esse videatur.

Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis!

Es bleibt nur noch übrig, über den Feldherrn zu sprechen, der für diesen Krieg auszuwählen ist und mit einer so großen Aufgabe versehen werden sollte.

Wenn ihr doch, ihr Bürger von Rom eine so große Auswahl an tüchtigen und uneigennützigen Männern hättet, dass euch die Wahl schwer fiel, wen ihr denn nun am ehesten an die Spitze einer so großen Aufgabe und eines so großen Krieges stellt!

Nunc vero,

cum sit unus **Cn. Pompeius**,

qui non modo gloriam eorum hominum,

qui nunc sunt,

sed etiam memoriam antiquitatis virtute superaverit,

quae res est,

quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit?

vero – aber

antiquitas, atis -f: *hier*: Erinnerung an frühere Helden

was könnte jemanden in dieser Frage unsicher machen?

<p>[10,28]</p> <p>Ego enim existimo in summo imperatore <u>quattuor</u> has res inesse <u>oportere</u>: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.</p> <p>Quis igitur hoc homine <u>scientior</u> (rei militaris) umquam <u>aut</u> fuit <u>aut</u> esse debuit?</p> <p>(Hic homo),</p> <p> qui e ludo atque e pueritiae disciplinis bello maximo atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiae disciplinam profectus est;</p> <p> qui extrema pueritia miles in exercitu fuit summi imperatoris, ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator;</p> <p> qui saepius cum hoste conflixit quam quisquam cum inimico concertavit, plura bello gessit quam ceteri legerunt, plures provincias confecit quam alii concupiverunt;</p> <table border="1" data-bbox="302 1114 1473 1326"><tr><td data-bbox="302 1114 925 1326">cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est.</td><td data-bbox="925 1114 1473 1326">der sich als junger Mann nicht durch fremde Lehren, sondern durch eigene Kommandos, nicht durch Niederlagen, sondern durch Siege, nicht durch Feldzüge, sondern durch Triumphe als Heerführer ausgebildet hat.</td></tr></table>	cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est.	der sich als junger Mann nicht durch fremde Lehren, sondern durch eigene Kommandos, nicht durch Niederlagen, sondern durch Siege, nicht durch Feldzüge, sondern durch Triumphe als Heerführer ausgebildet hat.	<p>quattuor- vier oportet: <i>hier</i>: soll, muss</p> <p>sciens, scientis: <i>Adj. zu scientia</i> hoc homine: <i>Abl. comparationis</i> aut..aut: entweder...oder</p>
cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est.	der sich als junger Mann nicht durch fremde Lehren, sondern durch eigene Kommandos, nicht durch Niederlagen, sondern durch Siege, nicht durch Feldzüge, sondern durch Triumphe als Heerführer ausgebildet hat.		

4 Cicero, In Catilinam I

[1]

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?

Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet?

Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?

Nihilne te nocturnum praesidium Palati,

nihil urbis vigiliae,

nihil timor populi,

nihil concursus bonorum omnium,

nihil hic munitissimus habendi senatus locus,

nihil horum ora vultusque moverunt?

Patere tua consilia non sentis,

constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides?

quo usque: wie lange noch
abuti, abutor, abusus sum (+ Abl.): (etwas)
missbrauchen, *hier*: abutere = abuteris

etiam: *hier*: noch
eludere, eludo: verspotten

Quem ad finem – bis zu welcher Grenze; **sese**= se

Palatium: der Palatin

senatum habere: eine Senatssitzung abhalten

patere, pateo: offenliegen

constrictum teneri: in Fesseln gelegt sein, lahmgelegt sein
stelle so um: coniurationem tuam iam scientia horum omnium constrictam teneri

<p>[2]</p> <p>O tempora, o mores!</p> <p>Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit.</p> <p>Vivit?</p> <p><u>Immo vero</u> etiam in senatum venit,</p> <p><u>fit</u> publici consilii <u>particeps</u>,</p> <p><u>notat et designat</u> oculis ad caedem <u>unum quemque</u> nostrum.</p> <p>Ad mortem te, Catilina, duci <u>iussu</u> consulis iam pridem <u>oportebat</u>, <u>in</u> te <u>conferri</u> pestem,</p> <p>quam tu in nos omnes iam diu <u>machinaris</u>.</p> <p>[9]</p> <p>O di immortales! <u>Ubinam gentium</u> sumus?</p> <p>In qua urbe vivimus? Quam rem publicam habemus?</p> <p><u>Hic, hic sunt in nostro numero</u>, patres conscripti,</p>	<p>immo vero: <i>hier:</i> nein, schlimmer noch</p> <p>fieri particeps (+ Gen.): teilnehmen an (etwas)</p> <p>notare et designare: vormerken und bestimmen unus quisque: jeder einzelne</p> <p>iussu: auf Befehl oportebat + A.c.I: es hätte sich gehört, (dass) ... conferre, confero in + Akk.: über (jemanden) bringen machinari, machinor: planen, heimlich ersinnen</p> <p>ubinam gentium: wo denn in aller Welt</p> <p>hic sunt, qui: Hier gibt es Leute, die in nostro numero: unter uns</p>
--	--

Textcorpus schriftliche Überprüfung 2022

<p>in hoc <u>orbis terrae</u> sanctissimo gravissimoque consilio, <u>qui</u> de nostro omnium interitu, <u>qui</u> de huius urbis atque <u>adeo</u> de <u>orbis terrarum</u> exitio <u>cogitent!</u></p> <p>Hos <u>ego</u> video <u>consul</u> et de re publica sententiam rogo et eos, <u>quos ferro trucidari oportebat</u>, <u>nondum</u> voce vulnero!</p> <p>[10]</p> <p><u>Quae cum ita sint</u>, Catilina, perge, quo coepisti, <u>egredere</u> aliquando ex urbe; patent portae; <u>proficiscere</u>.</p> <p>Nimum diu te imperatorem tua castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos, <u>si minus</u>, <u>quam</u> plurimos; purga urbem.</p> <p>Magno me metu liberabis, <u>dum modo</u> inter me atque te murus <u>intersit</u>.</p> <p>Nobiscum <u>versari</u> iam diutius non potes; non feram, non <u>patiar</u>, non sinam.</p>	<p>orbis terrae/ orbis terrarum: Erdkreis, Welt</p> <p>adeo: sogar cogitent: <i>übersetze den Konjunktiv als Indikativ</i></p> <p>ego consul: <i>ziehe sinnvoll zusammen</i></p> <p>quos ferro trucidari oportebat: die mit dem Schwert hätten niedergemetzelt werden müssen nondum: noch nicht einmal</p> <p>Quae cum ita sint: Unter diesen Umständen</p> <p>egredere, proficiscere: <i>Imperative</i></p> <p>si minus: <i>hier:</i> oder doch wenigstens quam + Superlativ: möglichst...</p> <p>dum modo: wenn nur intersit: <i>übersetze im Indikativ</i> versari, versor, versatus sum cum: sich bei (jemandem) aufhalten pati, patior, passus sum: dulden, aushalten</p>
--	--

<p>[11]</p> <p><u>Magna dis immortalibus habenda est</u> atque huic ipsi <u>Iovi Statori</u>, antiquissimo custodi huius urbis, <u>gratia</u>, quod hanc tam <u>taetram</u>, tam horribilem tamque <u>infestam</u> rei publicae pestem <u>totiens</u> iam effugimus.</p> <p>[12]</p> <p>Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? In qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non oderit.</p>	<p><i>Stelle um:</i> magna gratia dis immortalibus atque habenda est Iovi Statori: Jupiter Stator (<i>in dessen Tempel die Senatssitzung stattfand</i>)</p> <p>taeter, taetra, taetrum: hässlich, scheußlich</p> <p>infestus, a, um: feindlich totiens: so oft</p>
---	--